

[Propria w formacie pdf do pobrania](#)

## VERBUM DOMINI

### Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas.

Gal 4:22-31.

**Fratres: Scriptum est: Quóniam Abraham duos fílios habuit: unum de ancílla, et unum de líbera. Sed qui de ancílla, secúndum carnem natus est: qui autem de líbera, per repromissionem: quæ sunt per allegóriam dicta. Hæc enim sunt duo testaménta. Unum quidem in monte Sina, in servitútem génerans: quæ est Agar: Sina enim mons est in Arábia, qui coniúctus est ei, quæ nunc est Ierúsalem, et servit cum filiis suis. Illa autem, quæ sursum est Ierúsalem, líbera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim: Lætáre, stérilis, quæ non paris: erúmpe, et clama, quæ non párturis: quia multi fílii desértæ, magis quam eius, quæ habet virum. Nos autem, fratres, secúndum Isaac promissionis fílii sumus. Sed quómodo tunc is, qui secúndum carnem natus fúerat, persequébatur eum, qui secúndum spíritum: ita et nunc. Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam et fílium eius: non enim heres erit fílius ancíllæ cum filio líberæ. Itaque, fratres, non sumus ancíllæ fílii, sed líberæ: qua libertáte Christus nos liberávit.**

### R. Deo gratias

Bracia: Napisane jest, że Abraham miał dwóch synów, jednego z niewolnicy, a drugiego z wolnej. Lecz ten, który był z niewolnicy, według ciała się narodził, a który z wolnej, dzięki obietnicy. A jest to powiedziane przez alegorię: Są bowiem dwa przymierza. Jedno z góry Synaj, rodzące niewolę: i to wyobraża Agar. Bo Synaj jest górą w Arabii i ma łączność z terazniejszym Jeruzalem, będącym w niewoli z synami swymi. Ale Jeruzalem górne wolne jest i ono jest matką naszą. Napisane jest bowiem: Wesel się niepłodna, która nie rodzisz, wołaj i wykrzykuj, która nie znasz bólu rodzenia, bo daleko więcej dzieci u tej, która była opuszczona, niż u tej, która ma męża. A my bracia, na wzór Izaaka jesteśmy synami obietnicy. Ale jak wtedy ten, który się urodził według ciała, prześladował tego, który był według ducha, tak i teraz. Cóż bowiem powiada Pismo: Wyrzuć niewolnicę i syna jej, bo nie będzie dziedzicem syn niewolnicy z synem wolnej. Przeto, bracia, nie jesteśmy synami niewolnicy, ale wolnej. Którą to wolnością Chrystus nas obdarował.

**Sequéntia □ sancti Evangélii secúndum Ioánnem.**

**R. Gloria tibi Domine!**

Ioann 6:1-15

**In illo témpore: Abiit Iesus trans mare Galilaeæ, quod est Tiberiádis: et sequebátur eum multitúdo magna, quia vidébant signa, quæ faciébat super his, qui infirmabántur. Súbiit ergo in montem Iesus: et ibi sedébat cum discíplis suis. Erat autem próximum Pascha, dies festus ludæórum. Cum sublevásset ergo óculos Iesus et vidísset, quia multitúdo máxima venit ad eum, dixit ad Philíppum: Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciébat, quid esset factúrus. Respóndit ei Philíppus: Ducentórum denariórum panes non suffíciunt eis, ut unusquisque módicum quid accípiat. Dicit ei unus ex discíplis eius, Andréas, frater Simónis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeáceos et duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus: Fácite hómines discúmbere. Erat autem fænum multum in loco. Discubuérunt ergo viri, número quasi quinque mília. Accépit ergo Iesus panes, et cum grátias egíssset, distribuit discumbéntibus: similiter et ex píscibus, quantum volébant. Ut autem impléti sunt, dixit discíplis suis: Collígite quæ superavérunt fragménta, ne péreant. Collegérunt ergo, et implevérunt duódecim cóphinos fragmentórum ex quinque pánibus hordeáceis, quæ superfuérunt his, qui manducáverant. Illi ergo hómines cum vidíssent, quod Iesus fécerat signum, dicébant: Quia hic est vere Prophéta, qui ventúrus est in mundum. Iesus ergo cum cognovísset, quia ventúri essent, ut ráperent eum et fácerent eum regem, fugit íterum in montem ipse solus.**

**R. Laus tibi, Christe!**

Onego czasu: Oddalił się Jezus za Morze Galilejskie, czyli Tyberiadzkie. I szła za nim rzesza wielka, bo widzieli cuda, które czynił nad chorymi. Wszedł tedy Jezus na górę i usiadł tam z uczniami swymi. A zbliżała się Pascha, dzień święty żydowski. I gdy Jezus wznioł oczy i ujrzął, że wielka rzesza idzie ku Niemu, rzekł do Filipa: «Skąd kupimy chleba, żeby ci posilić się mogli?» A mówił to doświadczając go, bo sam wiedział, co miał uczynić. Odpowiedział Mu Filip: «Za dwieście denarów nie starczy dla nich chleba, by każdy z nich choć trochę otrzymał». Rzekł mu jeden z uczniów Jego, Andrzej, brat Szymona Piotra: «Jest tu jedno pachole, które ma pięć chlebów jęczmiennych i dwie ryby, ale cóż to jest na tak wielu?» Rzekł tedy Jezus: «Kaźcie ludziom usiąść». A było dużo trawy na onym miejscu. I tak usiadło mężczyzn około pięciu tysięcy. Wziął tedy Jezus chleby i dzięki uczyniwszy rozdał siedzącym; podobnie i z ryb, ile chcieli. A gdy się nasycili, rzekł do uczniów swoich: «Zbierzcie pozostałe ułamki, aby się nie zmarnowały». Zebrali tedy i z pięciu chlebów jęczmiennych napełnili dwanaście koszów z ułomkami, pozostałymi po tych, którzy jedli. A ludzie owi, widząc cud, który uczynił Jezus, mówili: «Prawdziwie jest to prorok, który miał przyjść na świat». A Jezus poznavszy, że zamierzali przyjść, aby Go porwać i uczynić królem, oddalił się znowu sam jeden na górę.

**Homilia świętego Augustyna, Biskupa, Traktat 24. na Ewangelię wg św. Jana**

Cuda, które zdziałał Pan nasz Jezus Chrystus, są niezawodnie Boskimi dziełami napominającymi ludzkiego ducha, aby z rzeczy widzialnych poznawał Boga. Nie jest On taką istotą, aby oczami mógł być widziany. Cuda Jego, którymi rządzi światem całym i całym stworzeniem kieruje, ponieważ są ciągłe, nie są cenione, tak iż prawie nikt nie uznaje przedziwnych i zdumiewających dzieł Boga objawiających się w jakimś ziarnku. Toteż Pan w swoim miłosierdziu zachował coś sobie, aby to uczynić w stosownym czasie poza zwykłym biegiem i porządkiem natury, nie żeby to było większe, lecz jako niezwykle, aby zdumiewało tych, na których codzienne cuda nie robią wrażenia.